Morbio 19 (11)

In nomine domini Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo primo die lune vigesimo die februarii Indictione quartadecima. Venditionem ad libellum liberam et absolutam ab omni condicione honere et servitute dandis
prestandis et sustinendis fecerunt Andreas et Johanes fratres filii quondam domini Ambroxii de Vicomercato Civitatis Mediolani porte Nove dominis Imblavado et Facio fratribus filiis quondam domini Alberti de Mandello Civitatis Mediolani
porte Nove. Nominative de infrascriptis duobus sediminibus insimul se tenentibus Jacentibus in dicto loco Bunirago. Primum quorum est sedimen unum cum hedificiis et curte et sua parte aree et cum domibus tribus et torgiera una
cortalaria (?) bona et tinis tribus et Navazia una et gongiis duobus Cui est a mane accessium seu ecclesie de Bunirago et a meridie Nicole de Prata et in parte huius emptionis a sero via a monte est ut fuit de Cagapistis. Quod sedimen debet
accessiare per illud sedimen illorum de Cagapistis quod est a monte parte istius sediminis eundo ad ianuam dicti sediminis versus plateam que ianua est in illo sedimine de Cagapistis et cum accessio eundi et redeundi per ianuam que est versus
plateam et per quam totum predictum sedimen et sedimen domini Nicole de Prata quod fuit de Cagapistis debent accessiare. Videlicet ab angulo fontespisii camere huius sediminis que est a mane qui fontespisius est inter ipsam domum
et aliam domum cerupatam (?) sine copertura usque ad angulum pillastri videlicet ad angullum pillastri qui angulus est a meridie parte dicti pillastri eundo versus mane parte versus ipsam domum. Et postea ab angulo illius pillastri quod est
a monte parte eundo usque sero parte usque ad angulum unius fenestre que est in muro qui est inter unam a sero parte huius sediminis a meridie parte ipsius fenestre Remanente ipsa fenestra a monte parte dicti sediminis que fenestra Remanet tota super partem sediminis
predictorum de Cagapistis quod est a monte parte huius sediminis empti Et cum accessio et Jure accessiandi ad puteum qui est in sedimine dicti Nicole occaxione aurendi et aufferendi aquam a dicto puteo et est tabule undecim et pedes Novem.
Secundum est sedimen unum tenens se cum ipso sedimine cum hedificiis et domibus et cassina et curte et area et brolio Cui est a mane dicti domini Nicole a meridie heredum quondam Johannis Nassi et in parte brolium dicti domini Nicole et a sero via
et a monte predictum sedimen huius emptionis et in parte dicti domini Nicole cum medietate omnium illorum murorum qui sunt a mane parte huius sediminis inter hoc sedimen et sedimen dicti domini Nicole et cum pede uno liprando (?) extra murum quod est a mane
parte huius sediminis qui est inter ipsum sedimen et brolium dicti domini Nicole Et cum Jure accessiandi per pusterlam sive hostiollum quod est in muro qui est a mane parte inter ipsum sedimen et sedimen dicti domini Nicole ad puteum qui est in sedimine
dicti domini Nicole occaxione aurendi et aufferendi aquas a dicto puteo quod sedimen est pertica una et tabule sex et pedes Novem et predictum brolium est pertica una et pedes octo. Que duo sedimina tenent se insimul et sunt modo tantum
sedimen et facta in uno sedimine tantum. Item de brolio uno Jacente in dicto loco Cui est a mane platea seu via a meridie alia pars ipsius brolii divisi ab eo brolio que tenetur per predictos venditores a sero et a monte via et est pertica una. Item de infrascriptis
petiis vinearum Jacentibus in territorio dicti loci de Bunirago. Prima quarum est petia una vinee et insule morgule (?) insimul se tenentium ubi dicitur ad clausum de puteo Cui est a mane via et a meridie via a sero Johannis de Lacurte cum medietate fossati et in parte
lectum morgule (?) et in parte domus fratrum humiliatorum de Cavanago cum toto fossato a monte fuit quondam domini Rugerii de Vicomercato et in parte predicte domus fratrum humiliatorum de Cavanago et est dicta vinea pertice quadraginta tres et tabule decem et pedes
tres sine insula et ipsa insula est pertice Novem et tabule viginti (?) insule que laboratur versus aliam insulam que non laboratur. Secunda petia est vinea ubi dicitur ad Bnardam (?) Cui est a mane Obizonis de Trabigie (?) et a meridie domini Guidonis … et
a sero et a monte via et est pertice sex et tabule quinque et pedes tres cum medietate omnium fossatorum ipsius petie vinee. Tertia petia est vinea ubi dicitur in … Cui est a mane via et in parte accessium et in parte Johannis de Zobus et fuit
illorum de Sabiono et a meridie … Johannis de Zobus et in parte Leonis … et fuit Belmami (?) de Lacurte et in parte heredum quondam Johannis Nassi a sero … heredum et in parte Simonis de Prata et a monte via et in parte … Simonis et est pertice
vigintitres et tabule sexdecim cum omnibus fossatis a mane et a meridie et a sero. Quarta petia est vinee ubi dicitur ad murredum (?) cui est a mane Petri de Gratio de Gufredis de Vomate et a meridie Zanetoni de Gufredis de Vomate et a sero via
et a monte ecclesie de Bunirago et in parte heredum quondam Laurentii de Lacurte et est pertice quatuor et tabula una et pedes quatuor. Item de decima et Jure decimationis omnium predictarum quatuor petiarum vinearum. Item de infrascriptis petiis
campi et silve Jacentibus in territorio dicti loci de Bunirago. Prima quarum est silva ubi dicitur In silva longa Cui est a mane via et a meridie domini Nicole de Prata et in parte ecclesie de Bunirago et a sero ecclesie de Vicomercato et in parte
Guillini de Gufredis de Vomate et fuit de Cagapistis a monte est seu fuit Arberti (?) de Cagapistis et est pertice duodecim et tabule decem et pedes quatuor. Secunda petia est campi ubi dicitur In Roncho Cui est a mane via et a meridie
domus fratrum de Cavanago et a sero Fedrigolli Bossii (?) et fratris et a monte Johannis qui dicitur Mazellus de Prata et est pertice tres et tabule vigintitres et pedes quinque. Et si dicte petie terrarum plus aut minus Inveniri poterunt Infra
ipsas coherentias In hac venditione firme et Rate omni tempore permaneant. Et de omnibus Juribus usibus et utilitatibus et accessionibus et Ingressionibus et Regressionibus earundem sediminum et petiarum terrarum et predictis omnibus et singulis
supra venditis et ipsis venditoribus pro eis et eorum occaxione pertinentibus et spectantibus. Quas petias terrarum et sedimina et predicta omnia et singula supra vendita et ipsa Jura predicti Andreas et Johanes venditores constituerunt se tenere
et possidere et quasi Nomine ipsorum dominorum Imblavadi et Facii emptorum. Et volentes dominium et possessionem et quasi eorum omnium in predictos dominos Imblavadum et Facium emptores transferre Cum possessioni et dominio et quasi
Incontinenti Renuntiaverunt et ipsis emptoribus deseruerunt et Relinquerunt. Preterea predicti venditores Cesserunt dederunt atque mandaverunt predictis emptoribus omnia Jura et omnes actiones utiles et directas Reales
et personales atque ypotecharias sibi pertinentia et pertinentes In predictis et pro predictis sediminibus et terris et in predictis et pro predictis omnibus et singulis supra venditis et eorum occaxione. Et procuratores ipsos emptores In Rem suam fecerunt
et Constituerunt Ita ut per omnia in eorum locum sint et succedant Et ut de cetero predicti domini Imblavadus et Facius emptores cum suis heredibus et cui dederint habeant et teneant et titulo emptionis possideant
predicta sedimina et predictas terras et predicta omnia et singula supra vendita et de eis faciant quicquid facere voluerint sine alicuius contradictione. Preterea predicti Andreas et Johanes venditores promiserunt et guadiam
dederunt Obligando se et omnia sua bona pignori Ita ut quilibet eorum insolidum teneatur et conveniri possit de toto et primo loco cum effectu Renuntiantes beneficio Nove constitutionis qua cavetur quod Nequis pro Reis insolidum
conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et epistole divi adriani et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri possent predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus quod deffendent et Guarentabunt eisdem emptoribus et
suis heredibus et cui dederint predicta sedimina et predictas petias terrarum et predicta omnia et singula supra vendita a Comuni Mediolani et a qualibet persona collegio et universitate omni tempore suis expensis et dampnis et sine
expensis et dampnis predictorum dominorum Imblavadi et Facii et suorum heredum et cui dederint. Et ab omnibus fodris taleis condictis Impositionibus condempnationibus et honeribus Impositis et factis seu de cetero Imponendis et faciendis
super Inventariis et taleis et facultatibus seu extimis hinc retro datis et factis Comuni Mediolani Et quod ab ipsis fodris taleis condictis Impositionibus condempnationibus et honeribus exhonerabunt et Indempnes omni tempore conservabunt.
Et quod Reddent et Restituent eisdem Imblavado et Facio et suis heredibus et cui dederint predictas petias terrarum et predicta sedimina et predicta omnia et singula supra vendita omnes expensas et omnia dampna et interesse quas et que
propterea fecerint aut patientur occaxione aliqua. Pro qua vero venditione et pretio predictorum sediminum et predictarum petiarum terrarum et predictorum omnium et singulorum supra venditorum predicti Andreas et Johanes venditores manifestaverunt
et confessi et contenti fuerunt Recepisse et habuisse a predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus libras quingentum septuaginta terciolorum In ambroxinis Novis monete nove Mediolani Nunc currentis. Renuntiando exceptioni
Non Numerate et Non accepte pecunie et Non facte venditionis et Non deffensionum omnium predictorum et predictorum omnium Non ita factorum et omni probationi in contrarium. Et insuper Renuntiaverunt predicti venditores quod ita possit
dicere Nec allegare se deceptos esse ultra dimidiam Justi pretii Nec quod ipsa sedimina et predicte petie terrarum et predicta omnia et singula supra vendita sint meliora duplo Nec quod plus valeant predicto pretio. Et si reperiret ipsos
esse deceptos ultra dimidiam Justi pretii seu quod plus valerent predicto pretio. Ex nunc predicti Andreas et Johanes fecerunt et faciunt eisdem dominis Imblavado et Facio finem et Reffutationem et totius sui Juris Remissionem et
pactum de Non petendo et ulterius de Non agendo de predictis sediminibus et petiis terrarum et predictis omnibus et singulis supra venditis et de toto melioramento et de omni eo quod eisdem Imblavado et Facio petere seu Requirere
possent pro predictis sediminibus et petiis terrarum et pro predictis omnibus et singulis supra venditis et eorum occaxione. Et inde pro omnia extiterunt fideiussores qui se constituerunt principales debitores et deffensores omni tempore
dominus Tutius (?) de Tutis filius quondam domini Alberti de Tutis porte horientalis Civitatis Mediolani et dominus Anrichus filius quondam item Anrici Sabatonis de Cantu Civitatis Mediolani porte Cumacine Obligando se et omnia sua bona pignori predictis dominis
Imblavado et Facio Ita quod quilibet eorum insolidum teneatur et conveniri possit de toto et primo loco cum effectu Renuntiantes beneficio duarum constitutionum una quarum cavetur quod primo conveniantur debitores quam fideiussores et altera cavetur quod Nequis pro Reis
insolidum conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et epistole divi adriani et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri possent. Constituendo predicti venditores et fideiussores se tenere et possidere et quasi omnia sua bona Nomine
ipsorum Imblavadi et Facii emptorum Ita quod ipsi emptores possint et valeant et eis liceat sua auctoritate tantum et sine auctoritate et licentia Consulum Justicie Mediolani ut alterius Judicis et sine aliquo banno dato et sine aliqua
alia conventione et sine aliquo precepto Ingredi possessionem omnium bonorum ipsorum venditorum et fideiussorum et eorum bona aufferre et Robare et Insolutum Retinere usque ad plenam et Integram solutionem et satisfactionem predictorum
omnium et cuiuslibet predictorum. Renuntiando quod Non possint dicere Nec allegare vim aut violentiam sibi factam esse et capitulo pacis sancti Ambroxii quod loquitur de fortiis et violentiis et omni actusse (?) possessionis occupate et fortie et
violentie et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri possent. Et Renuntiaverunt predicti venditores et fideiussores scienter per speciale pactum omnibus feriis solempnibus et Repentinis et omnibus dillationibus causarum
temporalibus et feriis et privilegio sui fori et omnibus statutis et ordinamentis et consiliis factis aut faciendis per Comune Mediolani seu per aliquam universitatem aut personam de dandis cartis debiti Comunis Mediolani Insolutum creditoribus
suis seu que viderentur facta aut fierent in favorem debitorum et in detrimentum aut dampnum creditorum Et specialiter ordinamento facto per illos de prattica (?) Mediolani Et per Comune Mediolani confirmato. Et quod pro predictis denariis
seu pretio et expensis dampnis et interesse Non possint ipsis dominis Imblavado et Facio dare cartas debiti Comunis Mediolani Insolutum Nec aliquid aliud preter quam pecuniam Numeratam. Quam venditionem fecerunt predicti
venditores eisdem emptoribus sub hoc pacto videlicet quod predicta sedimina et predicte petie terrarum et predicta omnia et singula super vendita semper sint obligate et obnoxiate et obligata et obnoxiata Comuni Mediolani pro
fodris taleis Impositionibus condictis et generaliter omnibus muneribus et honeribus Impositis et que modo aliquo Imponerentur per Comune Mediolani solvendis prestandis et dandis Comuni Mediolani. Actum In Civitate Mediolani In mona-
sterio sancte Radegunde Mediolani presentibus Philippo de Prata et Philippo filio domini Guidonis de Dexio Civitatis Mediolani porte horientalis pro Notariis.
Interfuerunt ibi testes Antonius de Soma filius quondam Petrazii de Soma porte Cumacine Nove parrochie (?) et Anrichus filius quondam domini Lafranchi Belluschi (?) et Gottonus filius quondam Venzii de Cixinusculo et Arnoldus filius quondam Petri …
porte horientalis omnes Civitatis Mediolani vocati et Rogati.

Ego Stephaninus filius Philippi de Prata Civitatis Mediolani Comune (?) Cesaris (?) Notarius tradidi et scripsi.

Morbio 19 (11)

XXIX 57

109)

1301. 20. Febr

Mailand

Kaufverhandlung zw. den Brüdern
Andreas u. Johannes de
Vicomercato u. den Brüdern
Imblavadus u. Facius de
Miradello

Marken 19 (11)

Morbio 19 (11)

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo primo, die lune vigesimo die februarii, indictione quartadecima. Venditionem ad libellum liberam et absolutam ab omni conditione honere et servitute dandis
prestandis et sustinendis fecerunt Andreas et Johannes fratres filii quondam domini Ambroxii de Vicomercato civitatis Mediolani porte Nove, dominis Imblavado et Facio fratribus filiis quondam domini Alberti de Mandello civitatis Mediolani
porte Nove. Nominative de infrascriptis duobus sediminibus insimul se tenentibus iacentibus in dicto loco Buinago. Primum quorum est sedimen unum cum hedificiis et curte et sua parte aree et cum domibus tribus et torgiera una
cortalaria una et tinis tribus et navazia una et gongiis duobus. Cui est a mane accessium seu ecclesie de Buinago et a meridie Nicole de Prata et in parte huius emptionis a sero via a monte est ut fuit de Cagapistis. Quod sedimen debet
accessiare per illud sedimen illorum de Cagapistis quod est a monte parte istius sediminis eundo ad ianuam dicti sediminis versus plateam que ianua est in illo sedimine de Cagapistis et cum accessio eundi et redeundi per ianuam que est versus
plateam et per quam totum predictum sedimen et sedimen domini Nicole de Prata quod fuit de Cagapistis debent accessiare. Videlicet ab angulo fontesspisii camere huius sediminis que est a mane qui fontesspisius est inter ipsam domum
et aliam domum cupatam sine coptura usque ad angulum pillastri videlicet ad angulum pillastri qui angulus est a meridie parte dicti pillastri eundo versus mane parte versus ipsam domum. Et postea ab angulo illius pillastri quod est
a monte per eundo usque a sero parte usque ad angulum unius fenestre que est in muro qui est inter domum a sero parte huius sediminis a meridie parte ipsius fenestre. Remanente ipsa fenestra a monte parte dicti sediminis que fenestra remanet tota super partem sediminis
predictorum de Cagapistis quod est a monte parte huius sediminis empti. Et cum accessio et iure accessiandi ad puteum qui est in sedimine dicti Nicole occaxione aurendi et aufferendi aquam a dicto puteo et est tabule sedecim et pedes novem.
Secundum est sedimen unum tenens se cum ipso sedimine cum hedificiis et domibus et cassina et curte et area et brolio. Cui est a mane dicti domini Nicole, a meridie heredum quondam Johannis Nassi et in parte brolium dicti domini Nicole et a sero via
et a monte predictum sedimen huius emptionis et in parte dicti domini Nicole cum medietate omnium illorum murorum qui sunt a mane parte huius sediminis inter hoc sedimen et sedimen dicti domini Nicole et cum pede uno liprando extra murum quod est a meridie
parte huius sediminis qui est inter ipsum sedimen et brolium dicti domini Nicole. Et cum iure accessiandi per pusterlam sive hostiollum quod est in muro qui est a mane parte inter ipsum sedimen et sedimen dicti domini Nicole ad puteum qui est in sedimine
dicti domini Nicole occaxione aurendi et aufferendi aquas a dicto puteo. Quod sedimen est pertica una et tabule sex et pedes novem et predictum brolium est pertica una et pedes octo. Que duo sedimina tenent se insimul et sunt modo tantum [illegible]
sedimen et facta in uno sedimine tantum. Item de brolio uno iacente in dicto loco cui est a mane platea seu via a meridie alia pars ipsius brolii divisa ab eo brolio que tenetur per predictos venditores a sero et a monte via et est pertica una. Item de infrascriptis
petiis vinearum iacentibus in territorio dicti loci de Buinago. Prima quarum est petia una vinee et insule morgule insimul se tenentium ubi dicitur ad clausum de puteo cui est a mane via et a meridie via a sero Johannis de Laturre cum medietate fossati et in parte
[illegible] morgule et in parte domus fratrum humiliatorum de Cavanago cum toto fossato a monte fuit quondam domini Rugerii de Vicomercato et in parte predicte domus fratrum humiliatorum de Cavanago et est dicta vinea pertice quadraginta tres et tabule decem et pedes
tres sine insula et ipsa insula est pertice novem et tabule viginti insule que laborantur versus aliam insulam que non laboratur. Secunda petia est vinea ubi dicitur ad Bnardam cui est a mane Obizonis de Tradigne et a meridie domini Guidonis [illegible] et
a sero et a monte via et est pertice sex et tabule quinque et pedes tres cum medietate omnium fossatorum ipsius petie vinee. Tertia petia est vinea ubi dicitur in Carentino cui est a mane via et in parte accessium et in parte Johannis de Zobiis et fuit
illorum de Sabiono et a meridie fratris Johannis de Zobiis et in parte Leonis Teste et fuit Beltrami de Laturre et in parte heredum quondam Johannis Nassi a sero heredum et in parte Simonis de Prata a monte via et in parte fratris Simonis et est pertice
viginti tres et tabule sexdecim cum omnibus fossatis a mane et a meridie et a sero. Quarta petia est vinea ubi dicitur ad Muricidum cui est a mane Petri de Gratio de Gufredis de Vomate et a meridie Zanetoni de Gufredis de Vomate et a sero via
et a monte ecclesie de Buinago et in parte heredum quondam Laurentii de Laturre et est pertice quatuor et tabula una et pedes quatuor. Item de decima et iure decimationis omnium predictarum quatuor petiarum vinearum. Item de infrascriptis petiis
campi et silve iacentibus in territorio dicti loci de Buinago. Prima quarum est silva ubi dicitur in silva longa cui est a mane via et a meridie domini Nicole de Prata et in parte ecclesie de Buinago et a sero ecclesie de Vicomercato et in parte
Guillelmi de Gufredis de Vomate et fuit de Cagapistis a monte est seu fuit Alberti de Cagapistis et est pertice duodecim et tabule decem et pedes quatuor. Secunda petia est campus ubi dicitur in Roncho cui est a mane via et a meridie
domus fratrum de Cavanago et a sero Fedrigolli Bossii et fratris et a monte Johannis qui dicitur Muzellus de Prata et est pertice tres et tabule viginti tres et pedes quinque. Et si dicte petie terrarum plus aut minus inveniri poterunt infra
ipsas coherentias in hac venditione firme et rate omni tempore permaneant. Et de omnibus iuribus usibus et utilitatibus et accessionibus et ingressionibus et regressionibus eisdem sediminibus et petiis terrarum et predictis omnibus et singulis
supra venditis et ipsis venditoribus pro eis et eorum occaxione pertinentibus et adiacentibus. Quas petias terrarum et sedimina et predicta omnia et singula supra vendita et ipsa iura predicta Andreas et Johannes venditores constituerunt se tenere
et possidere et quasi nomine ipsorum dominorum Imblavadi et Facii emptorum. Et volentes dominium et possessionem et quasi eorum omnium in predictos dominos Imblavadum et Facium emptores transferre cui possessioni et dominio et quasi
incontinenti renuntiaverunt et ipsis emptoribus deseruerunt et relinquerunt. Preterea predicti venditores cesserunt dederunt atque mandaverunt predictis emptoribus omnia iura et omnes actiones utiles et directas reales
et personales atque ypotecharias sibi pertinentia et pertinentes in predictis et super predictis sediminibus et terris et in predictis et super predictis omnibus et singulis supra venditis et eorum occaxione. Et procuratores ipsos emptores in rem suam fecerunt
et constituerunt ita ut per omnia in eorum locum sint et succedant. Et ut decetero predicti domini Imblavadus et Facius emptores cum suis heredibus et cui dederint habeant et teneant et titulo emptionis possideant
predicta sedimina et predictas terras et predicta omnia et singula supra vendita et de eis faciant quicquid facere voluerint sine alicuius contradictione. Preterea predicti Andreas et Johannes venditores promiserunt et guadiam
dederunt obligando se et omnia sua bona pignori ita ut quilibet eorum in solidum teneatur et conveniri possit de toto et primo loco cum effectu, renuntiantes beneficio nove constitutionis qua cavetur quod nequis ex reis in solidum
conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et epistole divi Adriani et omni alii auxilio vocis et legis que se tueri possent, predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus quod deffendent et guarentabunt eisdem emptoribus et
suis heredibus et cui dederint predicta sedimina et predictas petias terrarum et predicta omnia et singula supra vendita a comuni Mediolani et a qualibet persona collegio et universitate omni tempore suis expensis et dampnis et sine
expensis et dampnis predictorum dominorum Imblavadi et Facii et suorum heredum et cui dederint. Et ab omnibus fodris taleis condiciis imposicionibus condempnationibus et honeribus impositis et factis seu decetero imponendis et faciendis
super inventariis et taleis et facultatibus seu extimis hinc retro datis et factis comuni Mediolani. Et quod ab ipsis fodris taleis condiciis imposicionibus condempnationibus et honeribus exhonerabunt et indempnes omni tempore conservabunt.
Et quod reddent et restituent eisdem Imblavado et Facio et suis heredibus et cui dederint predictas petias terrarum et predicta sedimina et predicta omnia et singula supra vendita omnes expensas et omnia dampna et interesse quas et que
proinde facerent aut paterentur occaxione aliqua. Pro qua vero venditione et pretio predictorum sediminum et predictarum petiarum terrarum et predictorum omnium et singulorum supra venditorum predicti Andreas et Johannes venditores manifestaverunt
et confessi et contenti fuerunt recepisse et habuisse a predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus libras quinque centum septuaginta tertiolorum in ambroxinis novis monete nove Mediolani nunc currentis. Renuntiando exceptioni
non numerate et non accepte pecunie et non facte venditionis et non [illegible] omnium predictorum et predictorum omnium non ita factorum et omni probationi in contrarium. Et insuper renuntiaverunt predicti venditores quod non possit
dicere nec allegare se deceptos esse ultra dimidiam iusti pretii nec quod ipsa sedimina et predicte petie terrarum et predicta omnia et singula supra vendita sint meliores duplo nec quod plus valeant predicto pretio. Et si reperiretur ipsos
esse deceptos ultra dimidiam iusti pretii seu quod plus valeret predicto pretio. Ex nunc predicti Andreas et Johannes fecerunt et faciunt eisdem dominis Imblavado et Facio finem et refutationem et totius sui iuris remissionem et
pactum de non petendo et ulterius de non agendo de predictis sediminibus et petiis terrarum et predictis omnibus et singulis supra venditis et de toto melioramento et de omni eo quod eisdem Imblavado et Facio petere seu requirere
possent in predictis sediminibus et petiis terrarum et in predictis omnibus et singulis supra venditis et eorum occaxione. Et inde pro omnia extiterunt fideiussores qui se constituerunt principales debitores et deffensores omni tempore
dominus Tutius de Tutis filius quondam domini Alberti de Tutis porte Horientalis civitatis Mediolani et dominus Anrichus filius quondam item Anrichi [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1817233882-15/fragment/page=0003
DFG

109)

1301. 20. Febr.

Mailand

Kaufhandlung zw. den Brüdern
Andreas u. Johannes de
Vicomercato u. den Brüdern
Imblavadus u. Facius de
Miradello

Morbio 19 (11)

XXIX/57

predicta sedimina et predictas terras et predicta omnia et singula supra vendita et de eis faciant quicquid facere voluerint sine alicuius contradictione. Preterea predicti Andreas et Johanes venditores promiserunt et guadiam dederunt obligando se et omnia sua bona pignori ita ut quilibet eorum insolidum teneatur et conveniri possit de toto et primo loco cum effectu renunciantes beneficio nove constitucionis qua cavetur quod nequis ex reis insolidum conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et epistole divi Adriani et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri posset predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus quod deffendent et guarentabunt eisdem emptoribus et suis heredibus et cui dederint predicta sedimina et predictas petias terre et predicta omnia et singula supra vendita a comuni Mediolani et a qualibet persona collegio et universitate omni tempore suis expensis et dampnis et sine expensis et dampnis predictorum dominorum Imblavadi et Facii et suorum heredum et cui dederint. Et ab omnibus fodris taleis condictis imposicionibus condempnacionibus et honeribus impositis et factis seu de cetero imponendis et faciendis super inventariis et taleis et facultatibus seu extimis hinc retro datis et factis comuni Mediolani. Et quod ab ipsis fodris taleis condictis imposicionibus condempnacionibus et honeribus exhonerabunt et indempnes omni tempore conservabunt. Et quod reddent et restituent eisdem Imblavado et Facio et suis heredibus et cui dederint predictas petias terre et predicta sedimina et predicta omnia et singula supra vendita omnes expensas et omnia dampna et interesse quas et que proinde facerent vel paterentur occaxione aliqua. Pro qua vero vendicione et pretio predictorum sediminum et predictarum petiarum terre et predictorum omnium et singulorum supra venditorum predicti Andreas et Johanes venditores manifestaverunt et confessi et contenti fuerunt recepisse et habuisse a predictis dominis Imblavado et Facio emptoribus libras quinque centum septuaginta tertiolorum in ambroxinis novis monete nove Mediolani nunc currentis. Renunciando excepcioni non numerate et non accepte pecunie et non facte vendicionis et non deliberatum [?] omnium predictorum et predictorum omnium non ita factorum et omni probacioni in contrarium. Et insuper renunciaverunt predicti venditores quod non posse dicere nec allegare se deceptos esse ultra dimidiam iusti precii nec quod ipsa sedimina et predicte petie terre et predicta omnia et singula supra vendita sint meliores duplo nec quod plus valeant predicto precio. Et si reperiretur ipsos esse deceptos ultra dimidiam iusti precii seu quod plus valerent predicto precio. Ex nunc predicti Andreas et Johanes fecerunt et faciunt eisdem dominis Imblavado et Facio finem et reffutacionem et totius sui iuris remissionem et pactum de non petendo et ulterius de non agendo de predictis sediminibus et petiis terre et predictis omnibus et singulis supra venditis et de toto melioramento et de omni eo quod eisdem Imblavado et Facio petere seu requirere possent a predictis sediminibus et petiis terre et a predictis omnibus et singulis supra venditis et eorum occaxione. Et inde pro omnia extiterunt fideiussores qui se constituerunt principales debitores et deffensores omni tempore dominus Tutius de Cutis filius quondam domini Alberti de Cutis porte Horientalis civitatis Mediolani et dominus Anrichus filius quondam item Anrichi Gabatoris de Carate civitatis Mediolani porte Cumacine obligando se et omnia sua bona pignori predictis dominis Imblavado et Facio ita quod quilibet eorum insolidum teneatur et conveniri possit de toto et primo loco cum effectu renunciantes beneficio duarum constitucionum una quarum cavetur quod primo conveniatur debitores quam fideiussores et altera cavetur quod nequis ex reis insolidum conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et epistole divi Adriani et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri possent. Constituendo predicti venditores et fideiussores se tenere et possidere et quasi omnia sua bona nomine ipsorum Imblavadi et Facii emptorum. Ita quod ipsi emptores possint et debeant et eis liceat sua auctoritate tantum et sine auctoritate et licentia consulum iusticie Mediolani vel alterius iudicis et sine aliquo banno dato et sine aliqua alia conventione et sine aliquo fuitore [?] ingredi possessionem omnium bonorum ipsorum venditorum et fideiussorum et eorum bona aufferre et robare et insolutum retinere usque ad plenam et integram solucionem et satisfactionem predictorum omnium et cuiuslibet predictorum. Renunciando quod non possint dicere nec allegare vim vel violentiam sibi factam esse et capitulo pacis sancti Ambroxii quod loquitur de forciis et violenciis et omni actui possessionis occupate et forcie et violencie et omni alii auxilio iuris et legis quo se tueri possent. Et renunciaverunt predicti venditores et fideiussores scienter per speciale pactum omnibus feriis solempnibus et repentinis et omnibus dillacionibus causarum presentibus et futuris et privilegio sui fori et omnibus statutis et ordinamentis et consiliis factis vel faciendis per comune Mediolani seu per aliquam universitatem vel personam de dandis cartis debiti comunis Mediolani insolutum creditoribus suis seu que viderentur facta vel fierent in favorem debitorum et in detrimentum vel dampnum creditorum et specialiter ordinamento facto per illos de paraticis Mediolani et per comune Mediolani confirmato. Et quod a predictis denariis seu precio et expensis dampnis et interesse non possint ipsis dominis Imblavado et Facio dare cartas debiti comunis Mediolani insolutum nec aliquid aliud preter quam pecuniam numeratam. Quam vendicionem fecerunt predicti venditores eisdem emptoribus sub hoc pacto videlicet quod predicta sedimina et predicte petie terre et predicta omnia et singula super vendita semper sint obligate et obnoxiate et obligata et obnoxiata ubi Mediolani pro omnibus fodris taleis imposicionibus condictis et generaliter omnibus muneribus et honeribus impositis et que modo aliquo imponerentur per comune Mediolani solvendis prestandis et dandis ubi Mediolani. Actum in civitate Mediolani in monasterio sancte Radegunde Mediolani presentibus Philippo de Prata et Philippo filio domini Guidonis de Dexio civitatis Mediolani porte Horientalis pro notariis.

Interfuerunt ibi testes Antonius de Soma filius quondam Petrazii de Soma porte Cumacine notarius partium et Anrichus filius quondam domini Lafranchi Pelluchi et Gottonus filius quondam Venzii de Cixnuxulo et Arnoldus filius quondam Petri Attoni porte Horientalis omnes civitatis Mediolani vocati et rogati.

(S.T.) Ego Stephaninus filius Philippi de Prata civitatis Mediolani Conpatre [?] Lazari notarius tradidi et scripsi.

Merlec 19 (11)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1817233882-15/fragment/page=0005
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1817233882-15/fragment/page=0006